



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Svccinctam Doctrinarum Asceticarum Svmmam Comprehendens - Quam  
ad majorem omnium in Ascési proficere cupientium utilitatem ac  
subsídium

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1685**

Caput IX. De Consolatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48214)

V. Quartum est, ut etiam adjuventa ad dictam pacem conducentia noverit, quæ quidem pariter ad quatuor capita revocavit pius Asceta, dum dixit: Fidei, nunc docebo te viam pacis, & veræ libertatis. Stude alterius potius facere voluntatem, quam tuam. Elige semper minus, quam plus habere. Quære semper inferiorem locum, & omnibus subesse. Opta semper, & ora, ut voluntas DEI integrè in te fiat. Ecce talis homo ingreditur fines pacis, & quietis.

CAPUT IX.

DE CONSOLATIONE.

I. Est medium quoddam ad suum vel alterius animum excitandum, vel recreandum à consolante ordinatum; de qua tria specialiter nôsse oportet Ascetam.

II. Primum est, ut bene addiscat, ubi vera consolatio quærenda sit, quâ quidem in re facem prætulit S. Augustinus, dum dixit: Hoc est, quod nos & lætificat in omnibus laboribus & periculis vitæ hujus, amor noster in DEUM, & pium studium, & certas spes, & fervor spiritûs. Et brevius S. Bernardus: Illud verum ac solidum gaudium est, quod non à creaturis, sed à Creatore percipitur.

III. Alterum est, ut bene nôrit, ad quem finem à DEO dentur consolationes, scilicet ut sint ei instar alarum, quæ ipsum subvehant ad viam mandatorum alacriter currendam, promoveântque ad contemptum voluntatis propriæ, & appetituum malè ordinatorum, carnisque mortificationem. Hinc David dicebat: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatâsti

Q<sup>2</sup>

(per



(per consolationes) cor meum. Unde sedulo cavendum, ne eiusmodi consolationes propter se dum appetantur, sed potius curandum, ut ad prædictum semper finem referantur, ideoque tantum acceptentur, ut animus alacrior expeditiorque reddatur ad actionem suam perfectius adimplendam.

IV. Tertium est, ut sciat, quomodo consolationum sese gerere debeat, quod quidem alijs copiosè ac præclarè docuit S. Franciscus Salesius qui sequentes ferè doctrinas suggerit. 1. Ut, quando sentiuntur eiusmodi consolationes, infigantur quis coram DEO humiliet, caveatque, ne propter valde perfectum aut specialiter DEO dilectum commet; cum non in illis, sed perfectâ caritate, verâ lidâque perfectio consistat. 2. Ut agnoscat, huc Infansem esse in perfectione, qui lacte operatur, saccaroque, quo ad DEUM amandum abitur. 3. Ut easdem consolationes magni factum cum humilitate recipiat, non tam ob id, quod sunt, quàm quòd à manu DEI nobis suppeditantur. 4. Ut hoc tempore in bonis operibus faciendis, tutibusque exercendis, solito sit diligentior & exactior. 5. Ut cor suum ab illis avocet, quantum se, ijs renunciando, ut tantò plenius omnem affectum suum in DEUM transferat. 6. Ut, si quid extraordinarium hâc in re accidat, fideliter id Directori aperiat. Hucusque S. Franciscus Salesius. Quibus regulis S. Ignatij addi potest. 7. Ut, dum consolatione, prospiciat, quo pacto se gerere vel consolatione deinceps irruente, ut jam inde acrimonia & robur animi maturè comparet, ad ejus impetum reprimendum.